



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum accusatio facienda sit in scriptis? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

Nec tamen omninò est secretum quod per sufficien-
tes testes potest probari.

ARTIC. II.

*Vtrum sit necessarium accusationem in scri-
ptis fieri?*

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd non
sit necessarium accusationem in scriptis fieri.
Scriptura enim adinuenta est ad subueniendum hu-
mane memoriæ circa præterita. Sed accusatio in
præfenti agitur. Ergo accusatio scriptura nõ indiget.
¶ 2 Præterea, * 2. q. 8 dicitur, Nullus absens ac-
cusare potest, nec ab aliquo accusari. Sed Scriptura
ad hoc videtur esse utilis, vt absentibus aliquid signi-
ficetur, vt patet per * August. 10. de Trinit. Ergo
in accusatione non est necessaria scriptura, præfer-
tim cum canon dicat, quòd per scripta nullius ac-
cusatio suscipiat.

¶ 3 Præterea, Sicut crimen alicuius manifesta-
tur per accusationem; ita per denunciationem. Sed
in denunciatione non est scriptura necessaria. Ergo
videtur quòd neque etiam in accusatione.

SED contra est, quod dicitur * 2. q. 8. Accusa-
torum personæ sine scripto numquam recipiantur.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum
est, quando in criminibus per modum accusationis
agitur, accusator cõstituitur pars, ita quòd iudex in-
ter accusatorem, & eum qui accusatur, medius cõsti-
tuitur ad examen iustitiæ: in quo oportet, quantum
possibile est, secundum certitudinem procedere.
Quia verò ea quæ verbo tenus dicuntur, facilè labu-
tur à memoria, non posset iudici esse certum quid
& qualiter dictum sit, cum debet proferre sententiã,
nisi esset in scriptis redactum. Et idèõ rationabiliter
institutum est, vt accusatio, sicut & alia quæ in iudi-
cio aguntur, redigatur in scriptis.

Ad primum ergo dicendum, quòd difficile est
singula verba (propter eorum multitudinem & va-
rietatem) retinere; cuius signum est, quòd multi
eadem

382
4. d. 19. q. 0
2. a. 3. q. 0
1. ad 4. 0
C. d. 35. 0
a. 3. ad 6. 0
C. quol. 0
11. a. 13. 0
10. 0
* 2. q. 8. c. 0
per scri- 0
pta. 0
ca. 1. ali- 0
quantulũ 0
à princ. 0
10. 3. 0
2. q. 8. c. 0
accusato- 0
rum. 0
ar. præc. 0
C. quæst. 0
præc. n. 3. 0

160 QVÆST. LXVIII. ART. II.
eadem verba audientes si interrogentur, non referent ea, similiter etiam post modicum tempus. Et cum modica verborum differentia sensum variet: ideo etiam si post modicum tempus debeat iudicis sententia promulgari; expedit tamen ad certitudinem iudicij, vt accusatio redigatur in scriptis.

ad 1. ar.
2am.

Ad secundum dicendum, quod scriptura non solum necessaria est propter absentiam personæ quæ significat, vel cui est aliquid significandum, sed etiam propter dilationem temporis, vt * dictum est. Et ideo cum dicit canon, Per scripta nullius accusatio suscipiatur: intelligendum est ab absente qui per scripta accusationem mittat: non tamen excluditur, quin cum præsens fuerit, necessaria sit scriptura.

Ad tertium dicendum, quod denunciator non obligat se ad probandum. Vnde nec punitur, si probare nequiverit. Et propter hoc in denuntiatione non est necessaria scriptura, sed sufficit si aliquis verbo denuntiet ecclesiæ, quæ ex officio suo procedet ad fratris emendationem.

ARTIC. III.

Vtrum accusatio reddatur iniusta propter calumniam, prauaricationem, & tergiuersationem?

383

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod accusatio non reddatur iniusta propter calumniam, prauaricationem, & tergiuersationem: quia sicut dicitur * 1. quæst. 3. Calumniari, est falsa crimina intendere. Sed quandoque aliquis alteri falsum crimen obijcit ex ignorantia facti, quæ excusat. Ergo videtur quod non semper reddatur iniusta accusatio, si sit calumnia.

si quem
penitue-
rit.

ibidem.

¶ 2 Præterea, * Ibidem dicitur, quod prauaricari, est vera crimina abscondere. Sed hoc non videtur esse illicitum: quia homo non tenetur ad omnia crimina detegenda, vt supra * dictum est. Ergo videtur quod accusatio non reddatur iniusta ex prauaricatione.

a. 1. et q.
33. ar. 7.

¶ 3 Præ-